



PROLEGOMENA
 IN PRIOREM
 PAVLI APOSTOLI
 EPISTOLAM AD
 CORINTHIOS.

I. *A quo sit scripta epistola.*



Uthor epistolæ est Paulus apostolus, electum Dei vas, qui se in tertium cælum fuisse raptum, atque ἀρρητα verba audivisse epistola sequente testatur: & spiritu Dei afflatum profiteretur 1. Corinth. 7. 40. Itaque spiritus Dei inspiratione hanc epistolam scripsit. Unde scripturis divinis & canonicis semper absque controversia fuit adscripta. De Pauli verò ministerio, quia in prolegomenis superioribus dictum fuit, nihil hic repeto. Titulus nos eius commonefaciet,

II. *Ad quos sit scripta.*

AD Corinthios est scripta hæc epistola. Corinthii Achaici fuerunt. Achaia ditio superior & nobilior Peloponnensi, quæ nunc *Mo- Corinthia* *bimaris.* Isthmo annexa Græciæ, Atticam proximè contingens. In isthmo Corinthus sita fuit inter duo maria Ægeum & Jonium, unde bimaris dicta: nobilissimum emporium, ut opibus abundans, ita mollitiæ & luxu vitiisque variis infame, ut fieri consuevit, quia *κόρη ὕβερν τί- κη*: Unde proverbium natum: *Non datur cui vis Corinthum appellare*: licet id quidam de difficultate portus Corinthiaci intelligant. A L.

B 2